Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



153

& fluctuantia & amara quę nulla habent
dulcedinem dicti, Idipsum & in psalmis legitur,
Non timebimus dum turbabitur terra & tran
ferentur montes in cor maris, & cum uenissent
in templum accesserunt ad eum docentem princi
pes sacerdotum & seniores populi dicentes,
In quid potestate hęc facis & quis tibi dedit
hanc potestatem, Diuersis uerbis eandem
quam supra calumniam struunt, Quando
dixerunt in beelzebub principe demoniorum
hic eicit demonia, Quando enim dicunt
in qua potestate hęc facis dicti dubitant
potestate & subintelligi uolunt diabuli
esse quod faciat, Addentes quoque qui sibi
dedit hanc potestatem, Manifestissime
di filium negant quem putant non suis sed
alienis uirtutibus signa facere, Respondens
ihs dixit illis, Interrogabo uos & ego unum
sermonem quem si dixeritis mihi & ego uobis
dico In qua potestate hęc facio, baptismum
iohannis unde erat de celo an & hominibus
&c.